

adveniente, quia cum repraesentent diversa numero objecta, non possunt evadere una numero species.

277 Tertia tandem responso, quod species, scilicet hujus, & illius alibi repraesentative specie ab invicem differant, & essentialiter impugnantur esse supra disp. 10. q. 11. & ab eodem Doctore cit. d. 8. qu. un. insinuat, quia tam species expressae, quam impressae distinguuntur per objecta, & quidem sicut esse repraesentabili considerata, quare si objecta solo numero differant repraesentant, & sub eadem ratione specificae, ac solum numeraliter diversa, nequaquam species repraesentative specie ab invicem differant; sed solum numero: & illa quae cumque sit dissimilitudo in repraesentando, ad summum materialis erit, ac veluti accidentalis, non autem essentialis, & specifica. Conf. ex dictis loc. cit. quia non videtur possibile, quod aliqua species distinguatur, quae non recipiant aliqua specie distincta, ac specie distinguantur, & illius alibi ita se habent, quod nec in esse rei, nec in esse repraesentativo respiciunt aliqua specie distincta, sed tantum numero; ergo inter se non nisi in numero differant. At occurrit Pasqualig. disp. 42. cit. sect. 2. n. 75. quod quamvis hoc, & illud album solum individualiter differant, sunt tamen ita diversa, ut species repraesentativa unius nequeat ullo modo repraesentare aliud, ex quo fit, quod si cum repraesentativo conveniant species non ratione inaequae individualitatis, sed ratione essentialitatis, atque haec species differant in ter in esse repraesentativo, quia quod una repraesentat, neque repraesentari per aliam, & consequenter differant in essentialitate. Quod etiam confirmat, quia plus differunt duae species intentionales inter se, quam duae species ejusdem individui, sed istae numero differunt; ergo illae differunt plusquam numero, & consequenter specie. Verum ad haec, & similia satis dictum est supra disp. 10. q. 11. quae hic non sunt repetenda, sed necessario ibi videnda pro confutatione hujus tertiae solutionis. Tandem quando concederetur, hujusmodi species intentionales inter se specie differre, plures tamen paternitates in eodem genere, vel similitudines in eodem alio, non nisi numero possunt inter se differre, nec ullatenus fingi potest, haec accidentia relativa inter se specie differre, ergo latent in his accidentibus urgente argumentum.

278 Oppositum probantur Blausi a Concept. loc. cit. hoc argumentum, subjectum esse de se impotens ad recipiendum simul duos accidentia ejusdem specie, & solo numero diversa, & nihil potest illi addi etiam de potentia absoluta, per quod reddatur potens ad illa simul recipienda, ergo nec naturaliter, nec supernaturaliter hoc potest evenire, consequentia patet, probatur assumptum quoad primam partem, quia si esset subjectum ex se potens, posset contra naturaliter illa recipere, quocirca cumque eodem datur in ordine natura potentia passiva, quae ex se nata esse aliquid recipere actum, toties debet dari potentia activa potens reducere talem potentiam ad actum; probatur quoque aliam partem, quia non potest illa recipere, nisi per naturam, & propriam entitatis suae virtutem, nec enim aliter recipit accidentia, quam per exhibitionem propriae entitatis suae; ergo si entitas subjecti ex se insufficientis, & impotens ad receptionem duorum accidentium solo numero diversorum, manebit semper in illa insufficientia, & in illa impotentia. Confirm. quia si potentia, quae est in subjecto ad receptionem accidentium solo numero differentium, non est determinata, & limitata ad receptionem solum unius simul, & pro eodem instanti, non erit potius determinata ad receptionem duorum, quatuor, sex, centum, mille, ac infinitorum, & sic subjectum habebit potentiam ad recipienda simul infinita accidentia solo numero diversa, atque ideo ex se potentia erit infinita in actu, nam potentia activa Dei dicitur infinita in actu, quia quantum est ex se potest se ad infinitos effectus extendere.

279 Respondeo hoc argumentum destruere potentiam obedientialem in rebus, vel saltem confundere obedientialem cum naturaliter, dum id, quod rei non convenit naturaliter, negat etiam convenire posse per divinam potentiam; & si valeret, aequè bene probaret non posse per divinam potentiam qualitem augeri in infinitum, nec idem corpus poni in pluribus locis simul, aut duo corpora in eodem loco, quia si qualitas esset ex se potens ad talem intentionem, posset contra naturaliter illam recipere, sic pariter si idem corpus esset de se potens ad esse in pluribus locis, aut cum alio corpore ad essendum in eodem loco, posset quoque contra naturaliter sic se habere, quod si naturaliter nequit sic se habere, ergo neque supernaturaliter, non enim poni potest in pluribus locis, aut in eodem loco simul cum alio corpore, nisi per exhibitionem propriae entitatis suae, & sic in multis alius posset insillari. Ut ergo ad simile argumentum dictum est supra disp. 11. Phyl. q. 8. n. 10. distinguenda est in rebus potentia naturalis ab obedientiali, non quidem entitativa, sed in ordine ad agens, & dicendum multa convenire posse illis ratione potentiae obedientialis, quae non conveniunt ratione naturalis, quia per illam comparatur ad agens illimitatum, per illam vero ad agens limitatum; neque illae potentiae repugnant ad invicem, quia sunt una potentia ad diversa comparata, nec quae conveniunt rei ex vi potentiae obedientialis, dicuntur repugnare, vel esse contra naturam illius, eo quia non conveniunt secundum potentiam naturalem, quia non dicitur potentia naturalis, quae ita determinatè petat, & absolute postulet ipsa natura rei, sed quia ita pete in ordine ad agens naturale, absolute tamen est indifferens ad hoc, & illud, & ideo quae conveniunt rei ex vi potentiae obedientialis, dicuntur supra naturam rei, non

contra naturam, & sic in proposito ex vi potentiae naturalis, & per ordinem ad agens naturale respectu quorundam accidentium, licet non absolute respectu omnium determinetur ad recipiendum unum dumtaxat accidens ejusdem speciei, non autem plura simul; adhuc tamen ex vi potentiae obedientialis, & in ordine ad agens supernaturalis potest recipere plura simul, ex quo non sequitur, hanc pluralitatem repugnare naturae subjecti, quia potentia non dicitur naturalis, eo quod sic absolute postulet naturam rei, quia ita postulat, ut subest actioni agens naturalis. Neque etiam confirmatio reclusa concludit, nam si argumentum valeret, aequè probaret subjectum non posse simul recipere plura accidentia specie differentia, quod est contra experientiam, & consequentia eodem modo probatur, quia non erit potius determinata ad receptionem duorum, trium, &c. quam millium, & infinitorum, & sic ejus potentia erit infinita in actu; neganda est ergo consequentia, quia ut notat Doctor 3. d. 14. quaest. 2. in fine infinitas extensiva ad alia, ut ad formas recipiendas, non concludit infinitam entitatem, vel virtutem receptivam, sicut patet de materia, si esset receptiva infinitatem formarum, immò magis concludit imperfectiorem, sed infinitas extensiva ad alia, ut ad effectus simul causalibus concludit infinitatem extensivam, eo quod talis pluralitas concludit majorem perfectionem in eo, quod ad effectum extenditur, non ita de receptivo. Deinde plura accidentia numero diversa sunt quidem possibilis, non tamen infinita acta, & categorematice, sed sine categorematice tantum, id est finita in infinitum.

280 Caterum cum Auctores tertiae sententiae concedunt plura accidentia solo numero diversa etiam naturaliter posse in eodem subjecto recipi, est adhuc difficultas in eis assignandis. Quidam Thomista distinguunt de accidentibus completis, & incompletis, quales dicunt esse species intentionales, & ista concedunt posse numero multiplicari in eodem subjecto, convicti argumento supra facto de speciebus, de ceteris vero negant, nempe de completis, ita praesertim inter alias Javellus 5. Met. qu. 16. qui vario modo declarat, cur haec posteriora accidentia intentionalia dicantur incompleta, non vero alia. Alii alio modo distinguunt, quaedam esse accidentia propria, scilicet intrinseca, & subjecta manantia, & haec ajunt plura numero esse non posse in eodem subjecto; quaedam vero extrinseca, & adventitia, quae proinde dici solent accidentia communia, & haec ajunt posse simul esse, pro qua citatur Jand. 5. Met. q. 36. Alii distinguunt aliter, nam quaedam accidentia habent latitudinem intensivam, quae intendi possunt per additionem partium ad partem; alia vero carent hujusmodi intensiva latitudine, & haec posteriora inquit posse simul numero multiplicari in eodem subjecto, non vero priora, quia illa nequeunt coadunari in eodem subjecto, quia unum numero accidens internum constituit, atque ita significavit Doctor 3. d. 8. quaest. 16. Alii rursum id concedunt solum de accidentibus intentionalibus, item & realibus respectivis, & absolutis non eductis de potentia materiae, & tandem de eductis, si non per motum educantur; & negant solum de accidentibus realibus absolutis, eductis per motum de potentia materiae, & ita significavit Doctor 5. Met. q. 7. quem sequitur Ant. And. & alii Met. Scotiae ibidem q. 8. & Arct. d. 8. quaest. un. art. 2. ubi fatetur non esse intelligere, quod intelligit per accidentia non educta de potentia materiae, nisi id explicetur cum Fabro, ut aliqua dicitur non esse educta, quia non sunt educta per motum, & cum praevia alteratione subjectiva & natura subjecti, hoc enim modo species sensibiles non sunt eductae de potentia materiae, neque lumen in medio, quia istae formae non inducuntur cum alteratione abientia & subjecto, quamvis alias absolute loquendo dici eductae debeant, quia eo modo, quo fiunt, & materiae dependent in suo fieri, & conservari, ut optime notavit etiam Tromb. 9. de infort. animae art. 2. §. 2. propositio ad hoc argumentum.

281 Alii tandem illud modo distinguunt de accidentibus numero differentibus, quaedam enim ita differunt solo numero, ut praeter distinctionem naturam in rebus omnibus habeant quandam similitudinem, & convenientiam, scilicet in nomine, vel officio ad quod destinantur, & in quacunque habitudine, quam dicunt, ut sunt duocalores, duae albedines, & similia; alia vero sunt, quae licet in specifica ratione conveniant, & sub eam tantum numero differant, tamen non habent inter se tantam similitudinem, sed differunt vel in manere, vel in habitudine, quae est veluti diversitas quaedam materialis, ut sunt v. g. duae vitibiles species diversorum individuorum (nam si essent ejusdem, se habent ut accidentia prioris generis) ut item sunt v. g. duae relationes paternitatis &c. haec igitur praemissa distinctione dicunt, quod accidentia prioris generis naturaliter multiplicari non possunt in eodem subjecto, bene tamen quae sunt posterioris generis, quod praeterquam quod experientia constat, adhuc valida roboratur ratione tum ex fine, tum ex efficienti deducta, ex fine quidem quia multiplicatio accidentium prioris generis est superflua, & otiosa, non sic quae est accidentium secundum generis ratione diversorum numerum, & diversarum habitudinum; ex efficienti ratione, quia quaedam accidentia sunt omnino similia nullam agens per se intendit aut pluralitatem eorum, aut aliud in eis, ut subjectum, iam habens aliud omnino simile, quia solum intendit agens reddere partem sibi simile, quod per unam tantam hujusmodi formam consequitur; ac vero quaedam accidentia non sunt omnino similia, cessat haec ratio, & subjectum indiget majori assimilatione, & ideo agens illam procurat, ut v. g. quamvis medium recepta specie Petri sit

illi simile intentionaliter non est sufficienter simile Paulo, & ideo manet in Paulo virtus ad inducendum speciem, quia illud reddat simile, & sic de aliis; ita rem hanc explicuit Suar. cit. disp. 5. sect. 2. n. 16. quam explanationem dubio procul Auct. deduxit 3. d. 8. q. un. siquidem ibi Doctor probans duo accidentia non repugnare solo numero diversa in eodem subjecto esse arguit a fortiori ex eo, quod etiam de facto plura aliquando sunt in eodem subjecto, & non exemplificat, nisi de accidentibus secundum generis, scilicet obiciens, quare ergo per operationem naturae non potest eadem quantitas disponi, & alterari ad plures qualitates simul habendas, quae sunt ejusdem rationis? huic difficultati occurrens de his tantum loquitur, quae sunt accidentia primi generis; & ideo bene dixit Faber loco citato, modum dicendi Suar. omnino cum opinione Scoti coincidere.

At insit Pasqual. disp. 42. cit. sect. 4. in fine, quod licet admittere praedicta distinctio accidentium, quae habent idem munus, & diversum, id tamen sufficienter non probat plura numero accidentia posse in eodem subjecto reperiri praeterquam naturaliter, quia hujusmodi accidentia diversum munus habentia differunt specie, & non solo numero, nam exercent diversa illa munera ratione propriae esse, hoc autem esse nequit ratione propriae esse individualis, nam omnia quae habent diversam individuationem, exercent ratione aliquid esse diversum, quod non fit individualitatis, diversitas autem supra diversitatem individui non importat diversitatem essentialitatis. Sed haec difficultas, ut dixi, resoluta est supra disp. 10. q. 11. ubi tamen dictum est non quancumque differentiam quomocumque majorem generali esse specificam, nam masculus, & femina v. gr. magis inter se distinguuntur, quam duo masculi, vel feminae solo numero differentes.

QUESTIO IX.

De Accidentibus, & formis supernaturalibus.

282 **F**atale est (ut ita dicam) quod quae contra me aut impugnantur, aut respondendo scribit, P. Poncius non nisi in fine vel compositionis, vel excusationis Tomi, ad manus perveniant, impugnavit nonnulla mea physica in suo tomo physico, quae tunc solum mihi innotuerunt, cum ad finem totum physico postea proferret editio, ut in epist. liminari loquor fecit ibi monitum Typographus, quo factum est, ut in eo Tomo ejus obidionibus admissis satisfacere non potuerim, ut voluissem, sed per quaedam additiones suis locis opportune interjectas, & celerim factas, ne praelum otia ret, ita nunc pariter configit, cum enim ad finem ferri Tomi posterioris Met. proferret editio, ad manus pervenit Appendix Apologetica, in qua Poncius illis occurrit ad objectionibus, nec sine mei admiratione, cum libellum viderim Romanum impressum 1645. unde valde dolui, quod non citius ab amicis fuerit mihi, sicut enim, cum primum producit Defensio Ferebii, sine mora respondi, ita pariter cum Poncio fecissem, cum hunc Auctorem minime illi inferiori exillimem, ne tamen videret, vel pugnam refutare, vel designari, in his tribus ultimis quaestionibus quaedam tangere volui huc speclatibus, caetera reservanda solvenda, ac diluenda in opportuno loco, cum nimirum totum de gen. & corp. de modo excederet, utpote qui magnam habet cum tomo physico similitudinem. Cum itaque disp. 3. Phyl. q. 2. art. 4. probabile statuerim non solum ad haec supernaturalia, sed etiam habitus de potentia sui subjecti educi, licet non tamquam de mente Doctoris, quem ibi dixi in oppositam partem manifestè pendere; quamvis id ipsum probable quoque censet Poncius ipse. ... voluit tamen rationes loquere, quibus hoc problema loc. cit. stabilitum fuit, sed an illi allectus sit, faciamus experimentum.

283 Prima ratio, quae id probatum fuit loc. cit. est haec, omnis forma accidentalis, cum sit apta inherere subjecto, nata quousque esse fieri, & conservari dependenter ab eo, ergo cum habitus supernaturalis sit forma accidentalis, debent fieri dependenter a subjecto, & consequenter creari; sic refert Poncius argumentum nostrum, puto tamen, quod per errorem pro *causa*, palderit, *creari*, in conclusione, aliquo nec illa est nostra, nec recte ex antecedentibus deducitur, & error adeo expressus, ut statim errorum indicem diverim, ubi tamen hunc notatum non reperiri, ut itaque sit nostrum argumentum pro *creari*, legatur *educi*. Respondet ad hoc brevis Poncius in hoc argumento manifestè principium peti in antecedenti, quod ab omnibus Thomis, & Scotis asserentibus gratiae creationem negatur. Sed cum antecedens duas continet partes, explicare debebat, an in utraque principium petatur, an in altera tantum, & quomodo haec sit, antecedens prima pars est haec, *omnis forma accidentalis est apta ad inherendum subjecto*, & quoad hanc partem arbitror neque a Thomis, neque a Scotis negari, altera pars antecedentis, quam forte negabunt, est illa, *nata quousque esse fieri, & conservari dependenter ab eo*; sed certe haec secunda pars sequitur immediate ex prima, nam si forma aliqua nata est inherere subjecto, statim sequitur modum actionis ejus esse per dependentiam a subjecto, sicut e contra, eo ipso, quod aliqua forma nata est per se subsistere, seu exillere independentem a subjecto, statim sequitur modum actionis ejus esse per independentiam a subjecto, ut communiter dicitur de anima rationali; sicut ergo valeret arguere, anima rationalis est forma

per se existere nata, & non alteri inherere, ut subjecto; ergo nata est fieri, & conservari independentem ab eo, sic & contra valebit arguere, omnis forma accidentalis est apta inherere subjecto, ergo nata est fieri, & conservari dependenter ab eo; non ergo in illo antecedente petitur principium, quia quoad primam conceditur ab omnibus, & secunda pars immediate sequitur ex prima.

284 Secunda ratio erat talis, ideo anima rationalis dicitur creari, & non educi de corpore (licet in nullo instanti etiam natura prius sit in se, quam in corpore, cum existentia rei non mensuratur per instantem naturam) quia de se nata est subsistere; ergo cum habitus supernaturalis non sint formae natae per se subsistere, si in primo instanti in quo fiunt, sunt in subjecto, planè ex eo reducuntur, nam hoc est formam educi de potentia materiae, non prius in se produci, quam in subjecto, si forma est nata inherere. In hoc argumento primo notat Poncius multos defectus n. 180. in primis quod anima rationalis non sit in illo instanti natura prius in se, quam in corpore, videtur contra omnes tenentes ejus creationem, qui propterea asserunt duas actiones inter venire in ejus productione, nam, quia ipsam producit, & hanc priorem, ad hanc priorem posteriori, quae utitur corpori, sed hoc necesse fieri, quin ipsa prius habeat esse, quam sit in corpore, non autem prioritate temporis; ergo prioritate naturae, quam etiam doctrinam ait nos excludere disp. 3. Phyl. n. 67. de formis ipsi eductis, in quarum educatione duas interuenit actiones, unam, quae producat quoad substantiam, alteram quoad modum sustentationis, ex quibus illa est indifferens ad hoc, ut ponatur actu sustentata, aut non ponatur, quod stare non potest absque prioritate naturae prioris actionis prioritate factalem, a qua non convertitur subsistit consequentia. Quin & ipsemet Scotus 1. d. 17. q. 6. n. 5. expressè asserit, quod in eodem instanti temporis, in quo gratia creatur, infunditur anima, sed in alio, & alio instanti natura, quia prius natura charitatis creatur, quam anima infunditur; idem etiam in 4. d. 1. q. 1. n. 26. §. *Secunda conclusio*, in probanda sua conclusione utitur hac materia, forma quae creatur, prius naturaliter est ad causam efficientem, quam materiam informet, quia si non prius naturaliter, ergo non accipit esse ad causam, nisi a ditione illa, quae subjectum informatur, quae non est creatio. Deinde in idem rationem nostram pro ea doctrina adducit, nempe quod ideo non possit anima esse natura prior, quia existit rei non mensuratur per instantem naturam, quae si valeret, sequeretur non solum falsam esse doctrinam Scotij traditam de praecedente formae creatae ad inhaesionem, seu informationem, sed etiam materiam ipsam non posse praecedere naturam formam eductam, & sic non posse esse causam ejus.

285 Sed ad haec omnia occurrit disp. 2. q. 7. art. 2. n. 144. 145. 146. citando haec, & alia loca Doctoris, antequam a Poncio hic obiceretur, ubi bene explicuimus, quousque intelligendum sit formam, quae creatur, prius naturaliter esse ad causam efficientem, quam materiam informet sub n. 146. & quo sensu dicitur anima rationalis de Scoto d. 4. q. 2. alia actione produci, & alia uniri, & quod in aliquo instanti natura prius in se produci, quam materia uniat, ut ait ibidem §. *potest dici*, & d. 17. qu. 1. non enim ita intelligi debet, quasi in aliquo signo natura prius in se existat, quam in corpore, quia hoc aliter nequit, tum quia productio, & existentia rei non mensuratur per instantem naturam, sed temporis, ut explicuit disp. 9. Log. q. 2. art. 3. tum quia etiam ex dictis ibidem explicando varias naturae prioritates, nulla natura prioritas explicatur per hoc, quod in aliquo signo existat, prius in quo non existat posterius, etiam si esset prioritas natura essendi, sed per posse esse in aliquo signo quantum est de se, in quo aliud non existat, juxta explanationem ab Arist. datam §. Met. 1. 6. de prioritate naturae, quod illa dicuntur priora natura, quae possunt esse sine aliis; non tamen alia sine ipsis, nam si prioritas explicetur per adhaesionem adhaesionem in existentia, & non potentialem tantum, tunc talis prioritas non est natura prioritas, sed duratio, ut supra explicatum est q. 6. n. 253. & inde; quare cum anima rationalis prius in se produci in aliquo signo natura, quam sit in corpore, loquitur in eo sensu, quem docet 2. d. 1. q. 1. quia non est nata a materia dependere in suo fieri, etiam omnino primo instanti fiat in materia, adhuc prius natura dicit ordinem ad efficiens, quam ad materiam, quia est forma, quae totaliter continetur in virtute activa agens, & nullo modo in passiva subjecti, & ita est de anima rationali, tum quia cum anima rationalis producat in corpore a Deo, sed independentem ab eo in genere materialis causae, quia materia nullam habet fluxum materialem in ipsam, ut habet in caeteris formis materialibus, hac ratione bene dicitur prius natura in se produci, quam sit in corpore, cum natura prioritas sapè explicari solet per talem independentiam; cum qua explanatione bene intellecta adhuc bene persistit doctrina a Scoto tradita locis supracitatis de praecedente formae creatae ad inhaesionem, seu informationem, quae eo ipso, quod creatur, fit independentem a subjecto, tamquam a causa, neque sequitur inconveniens contra deum ab arguente illatum, nempe materiam ipsam non posse praecedere naturam formam eductam, & sic non posse esse causam ejus; ut enim materia dicitur natura praecedere formam eductam, minime opus est, quod in aliquo instanti natura materia existat, in quo non existat forma, quia ut dixi, nec existit rei mensuratur per instantem naturam, nec prioritas natura explicatur per hoc, quod unum in aliquo priori signo existat, in quo non existat aliud, sed per hoc, quod unum possit quantum est ex se, sine alio exillere.

Existere, sicut prioritate naturæ essendi; quare eam materia ita se habeat ut quantum ex se possit existere sine forma educata, semper dicitur eam natura præcedere, etiam si talis forma educata esset sibi coeva in existentia.

286 Neque nos disp. 3. Phys. num. 67. habemus doctrinam de formis educatis, quam refert arguens, immò potius oppositum, nam ibi ad 2. dicitur, quod anima rationalis non dicitur conservari dependenter à materia, quia ejus unio cum materia non est sustentatio, ad unio aliarum formarum est sustentatio, & ideo dependenter ab illa conservantur, quod si interdum illa doctrina alibi à nobis innotuit, non tamen eo modo, quo ibi ab arguente refertur, sed ut à nobis explicatur loc. cit. disp. 2. num. 146. ubi dicimus animam rationalem alia actione produci & alia uniri, quia prior actio non necessaria simpliciter dependet à secunda ex intrinseca ratione anime, postea enim in se produci, & non uniri, contra vero ceteræ formæ ejus diversæ actione producuntur, & ununtur, prior tamen actio à secunda dependet, si producantur juxta eam naturam existentiam, nam ita produci possunt, ut ipsam agens producendo uniat, & uniendo producat, quia ratione dicimus eadem actione produci, & uniri, ita loquimur ibi.

Deinde respondet num. 184. ad rationem in se, & ait argumentum ita procedere, ac si quis argueret hoc modo, ideo dicitur Antichristus futurus, quia Deus hoc revelavit, ergo cum Deus non revelavit Franciscum futurum, debemus dicere, quod non sit futurus, quod si etiam per ly ideo intelligant causam solam, & præcitant, adhuc eodem modo peccat, quia etiam in casu de Antichristo potest fieri, quod ideo solummodo, & præcise dicitur Antichristus futurus, quia Deus id dixit, nec tamen valet consequentia, itaque, si eadē nec consequentiam, quia quantum illa esset sola ratio, ob quam anima diceretur creari, & illa ratio non conveniret habitibus, non sequeretur, quod habitus non crearentur, quia postea alia ratio illis conveniret, ob quam crearentur, quæ alia ratio si conveniret anime, tum saltem esset antecedens in sensu præcise.

287 Hec solutio satis offendit arguentem vel non percepisse, vel potius noluisse percipere vim argumenti, quod quidem fundatur in ratione ipsa educationis, ac forme educibilis etiam ab ipso concessa in hac ipsa repositione ad tertiam additionem num. 175. ubi ait immo ego ipse dico educationem consistere in fieri cum dependentia, tanquam à causa, quæ est ipsissima ratio educationis, quam nos explicamus disp. 2. Phys. q. 7. art. 2. per totum, quod & ipse fieri conclusus fuit disp. 4. Phys. num. 47. eum ergo fecundum ipsum, & nos ratio educationis consistat in fieri cum dependentia à subiecto, tanquam à causa materialiter influente in formam educatam, & forme educibilis sit, quæ nata est fieri, & conservari in subiecto cum tali dependentia, nostrum argumentum ita procedit, ideo anima rationalis dicitur creari, & non educi de corpore, quia de se nata est subsistere, unde quantumcumque in corpore producatur semper independenter ab eo producitur, & illud respicit, ut subsistat in materia in quo, non ex quo, hoc est nostrum antecedens, quod, ut patet, fundatur in ratione educationis, & forme educibilis, quæ consistit in fieri formæ cum dependentia à subiecto, tanquam à causa, unde cum anima non ita dependenter à corpore fiat, quia de se nata est subsistere inferius ipsam non educi de corpore, etiam si producatur in corpore, sed creari, & ex hoc, quia habitus supernaturales non sunt formæ nate per se subsistere, sed inhærere, inferius, quod si producuntur in subiecto sicut dependenter à subiecto, cum talem dependentiam exigat eorum natura inhærentia, nam hoc est formam educi de potentia materis, non prius in se produci, quam in subiecto, si est forma nata inhærere. Poncius vero studiosè illud nostrum antecedens non revulit ex integro, sed mutilatum hoc modo anima rationalis ideo dicitur creari, quia de se nata est subsistere, ut hinc nos carperet argumentari ab insufficienti causa creationis, non autem præcise, & adæquate, quia quælibet forma etiam educibilis potest à Deo creari, si extra subiectum produceretur, ac independenter ab ipso, tunc ipsi non concurrerent in genere materialis causæ, ac nos non ita arguimus, sed dicimus animam ideo creari, & non educi de corpore, quia de se nata est subsistere, & quia independenter produci ab eo, quam aliam causam creationis, quæ potest etiam alius formis concurren materialibus, si extra subiectum à Deo produci, licet non sit nata subsistere, subiectum Poncius, ut argumentum calamitarius possit, & facillius solvere.

Denique, soluto argumento etiam ultimo, quæ in nostro habetur consequente, redarguit quæ sunt illa, nam hoc est formam educi de potentia materia non prius in se produci, quam in subiecto, si est forma nata inhærere, subdit ad hæc verba Poncius, Si loquuntur de prioritate temporis est falsum, & id asserere licet esse potere principium, si vero loquuntur de prioritate naturæ etiam est falsum supposita doctrina ipsorum, quod forma creata non prius natura producat quam in se. At jam explicui, in quo sensu negamus formam creatam v. gr. animam prius in se produci, quam sit in subiecto, in aliquo signo naturæ, & in quo sensu id debet concedi, quia nempe independenter fit à subiecto, etiam si fiat in subiecto, unde ratione talis independentiæ prius natura dicit ordinem ad efficiens, quam ad materiam, ideoque, prius dicitur in se produci, quam sit in subiecto, non autem quia re vera in aliquo signo etiam naturæ existat, id quod non existat in subiecto, cum rei existentia non mensuretur per instantia naturæ, sed temporis, & quia habitus supernaturales, sive & universaliter quælibet acci-

dentialis forma, non prius in hoc sensu in se produci, quam in subiecto, quia produci dependet à subiecto juxta existentiam suæ naturæ inhærentiæ, hinc arguimus productionem eorum in subiecto non esse creationem, sicut est animæ productio, sed educationem, nam cum forma nata est inhærere, si fit in subiecto, fit etiam dependenter ab ipso in genere materialis causæ, ideoque, dicitur educi, & non creari.

288 Tertia ratio erat ad idem, quia si poneretur gratia in uno instanti creata, deinde anima infusa, etiam si in fieri à subiecto non dependet, adhuc tamen dependet in conservari, quia non est forma subsistens, ut anima, atque ita consequenter ejus defectio erit corruptio, & non annihilatio, quia definit in subiecto, à quo dependet in conservari, ex quo postea sequitur, quod etiam per educationem incipere debeat, si definit per corruptionem Respondet Poncius num. 182. si loquuntur de instanti naturæ, ita ut velit, quod si gratia creatur pro uno instanti naturæ, & infundatur deinde pro alio instanti naturæ, quod tum creabitur in primo instanti temporis, in quo includitur illa duo instantia naturæ, & consequenter conservari poterit per alius instantibus creativè absque dependentia à subiecto, non obstante, quod non fit forma subsistens, quia sicut hoc non impedit creationem ipsius in primo instanti in casu postposito nec conservationem absque dependentia à subiecto potest impedire, & sic non deberet desinere per corruptionem, seu per annihilationem. Quod si loquuntur de instanti temporis, ita ut velit, quod si gratia creatur in instanti temporis extra subiectum, & postea posteritate temporis ponatur in subiecto, tum etiam negandum est, quod deberet conservari ab illo subiecto cum dependentia, nec hoc probatur per hoc, quod non fit forma subsistens.

289 Nos loquimur in argumento de instanti temporis, & nos naturæ, quia ut sepsum diximus est, productio, & existentia rei non mensuratur per instantia naturæ, sed temporis. Et falsum est, quod in casu postposito in tempore sequenti, cum gratia ponitur in subiecto, scilicet animo non conservaretur dependenter ab eo, quia cum sit forma accidentalis, ac proinde apta inhærere, statim hac ponitur in subiecto, illi inhæret, & consequenter ab eo in suo esse & conservari dependet, hoc enim est formam inhærere subiecto, quod ipsum informare cum dependentia ab ipso in suo esse, & conservari, unde quia non est forma nata per se subsistere, sed inhærere, eo ipso, quod ponitur in subiecto, dependet in suo conservari ab ipso, adeo quod extra ipsum suapte natura existere nequeat. Conservatur quia fit in Sacramento Eucharistie, de quo reproduceatur à Deo substantia panis sub suis accidentibus, esse ante talem reproductionem conservatur illa accidentia à Deo in fluxu creativo, quia independenter à subiecto, tamen in casu reproductionis conservantur deinceps in fluxu educivo, quia dependenter à subiecto juxta connaturalitatem eorum existentiam, non alia ratione nisi quia sunt formæ suprà naturam inhærentes, & non subsistentes ut anima, ergo idem pariter de gratia dicendum esset, quod postea in anima dependenter conservatur ab ipsa, cum currat hinc inde eadem ratio, quantum ad hoc, vel si hoc negatur de gratia, poterit etiam id negari de accidentibus Eucharistie in casu postposito de reproductione substantiæ sub ipsis, quod tamen à nullo negatur, quod sciam. Cum autem ait, quod sicut hoc, licet non esse formam subsistentem non impedit creationem ejus in primo instanti in casu postposito, ita nec conservationem absque dependentia à subiecto potest impedire. Dico, quod sicut hoc non impedit creationem ejus in primo instanti, ita nec impedit conservationem ejusdem protempore, sequenti creativè, si quemadmodum in primo instanti extra subiectum producta fuit, ita etiam extra subiectum perseveraret deinceps, ac sicut impediret ejus creationem in primo instanti, si pro tunc produceretur in subiecto, ita etiam tempore sequenti impediret conservationem creativè, si ponatur in subiecto deinceps, ex hoc enim, quod non est per se subsistere nata, sed inhærere, petit connaturaliter in subiecto fieri & conservari, unde eo ipso quod fit in subiecto, vel conservari in eo censenda est fieri, & conservari dependenter ab eo, quia fit, & conservatur iuxta naturalem suam existentiam. Et plane est voluntarium omnino, esse fundamentum dicere, quod forma accidentalis creata extra subiectum sit postea in subiecto ponatur, adhuc conservatur in fluxu creativo, & non potius educivo, ac dependentia ab ipso nam eadem quoque ratione à contra dici possit, quod accidentia Eucharistie conservantur adhuc in fluxu educivo, eo quia ab initio, dum erant in pane ante consecrationem, ita conservabantur dependenter à subiecto.

290 Quarta ratio erat, quia Scot. 4. d. 1. q. 1. Hic secunda conclusio omnem illam formam vocat materialis, id est, esse materia educatam, vel educibilem, quæ ex natura sua inclinatur naturaliter, ut fit actus materis, ita ut suapte natura aliter nequeat existere, sed hæc ratio convenit habitibus supernaturalibus, ergo non creantur Respondet Poncius sub numer. 183. hanc nostram explicationem illius loci non esse de mente Scoti, sed potius contra ipsum, nempe, ita ut suapte naturaliter nequeat existere, nam hoc intelligeret Scotus, contradiceret sibi, unde inquit mensum illorum verborum esse illud, quod omnis illa forma fit mensum illorum verborum connaturaliter à subiecto, quæ ex natura sua inclinatur, ut fit actus materis cum dependentia ab ipsa, hæc autem ratio non competit habitibus supernaturalibus in sententia eorum, quid dicunt eos creari.

Sed plane sensus verborum Scoti citati in explicatione forme

materialis, & educibilis est, quem nos dedimus, neque nosser sensus est ab eo diversus, quem Poncius ipse assignat, cum enim dicimus formam materiallem esse illam, quæ necessario ex natura sua naturaliter inclinatur, ut fit actus materis, ita ut suapte natura aliter nequeat existere, nisi in materia volumus significare, quod est actus materis cum dependentia ab ipsa, ut ipse explicat, quia ex tali dependentia procedit necessitas sic existendi in materia, & si talis dependentia non adesset, nec etiam forma talem necessitatem haberet existendi, semper in subiecto, ut constat de anima rationali, cum autem dicitur, quod hæc ratio non competit supernaturalibus, oppositum in ea ratione ostendimus ex Scoto loc. cit. quia per eam definitionem forme materialis, vel educibilis sola anima rationalis ibidem à Scoto excluditur, quod non cum tali necessitate inclinatur, ut fit actus materis, quia suapte natura, & seculo miraculo potest extra illam existere, unde præter animam rationalem (ubi ea descriptio omnem formam comprehendit, sive fit substantialis, sive accidentalis, ut patet ex ipso contextu).

291 Quinta ratio est, quod actus supernaturales educantur ex potentia subiecti, & non creantur: ergo idem dicit poterit de habitibus, nam nulla ratio potest adduci de habitibus, quæ non elidatur in actibus. Respondet Poncius negando consequentiam cum probatione, nam esse a disparitas, ob quam id debet dici de actibus, quæ non currit de habitibus, & quidem obvia, & evidens, quia scilicet nulla potentia virtute sua propria concurrat cum habitu ad producendum actus, & propterea quandoquidem non possit attingere terminum creationis debent actus educi, habitus autem supernaturales non producuntur à nostra potentia, nec quidem particulariter, sed à solo Deo, & propterea ex hoc capite non debet educi.

292 Obicit deinde, quod non solvitur rationem ab ipso adductam pro creatione gratiæ in supplemento facto ab ipso ad quod disp. 17. primi, & quod defendamus sententiam Scoti omnino contrariam; nec bene nos satisfacisse locis Doctoris in oppositum aperte loquentis, & tandem quod proinde maneat adhuc integra & insoluta quatuor argumenta, quæ opposuit contra nostram explicationem educationis. Respondet nos hæc genus non vidisse rationem illam, necesse ad manus supplementum; illud neque opus erat, ut ad id insisteret ad ostendendum educationem habituum supernaturalium non esse de mente Doctoris, quia id nos quoque libenter admittimus disp. 3. cit. n. 77. diximus tamen Doctorem id, tenuisse potius ob Sanctorem, & Scripturarum auctoritates, quam ob aliquam rationem convincentem, ac posse illam sententiam defendi, ut valde probabilem ob Scholasticorum etiam antiquiorum auctoritatem, quibus est maxime deferendum, oppositam tamen etiam tutam sumus loc. cit. intra terminos solius probabilitatis, idque nobis licere posse iudicavimus, tum quia nonnulli Scotiæ id etiam fecerunt, tum ex antiquis, tum ex Recentioribus, ut dixi super num. tum quia Doctor ipse nunquam probando creationem habituum

supernaturalium videtur, illam potius tenuisse solum ex suppositione communioris sententiarum, quam quod per fundatam rationem id asserendum putaret.

293 An vero adhuc maneat insoluta quatuor argumenta ab ipso objecta disp. 4. nu. 24. contra explicationem nostram educationis disp. 2. Phys. q. 7. art. 2. n. 148. nunc est examinandum, ibi dicitur, formam educi, vel educatam esse de potentia materis, formaliter nihil aliud esse, quam formam fieri necessario esse fieri in materia, & quod formam esse necessario esse esse in materia, ita quod si fit aliqua forma, quæ utique fit, & fiat in materia, tamen absolute fieri potest, quantum est ex se sine materia, & esse sine materia ista non dicitur educi, quia de necessitate suum esse non est necessarium in materia, quam explicationem ibi collegimus ex Doctore 4. d. 1. q. 1. §. Secunda conclusio, & probavimus, quia juxta hanc explicationem optimè insinuat ad rationem educationis, non sufficere ex parte materis concursum receptivum, sed etiam sustentativum requiri, ita quod educio forme formaliter importat dependentiam forme ad subiectum, in quo recipitur, & sustentatur, tamquam ad causam, à qua dependet in genere materialis causæ; per illam namque necessitatem fieri, & existendi in materia bene indicatur dependentia forme à materia, sicut & contra ubi talem necessitatem non videmus, ut in anima rationali, nec etiam in tali forma talem dependentiam arguimus, quam etiam educationis explanationem Poncius ipse amplectitur tum disp. 4. Phys. cit. tum in ea append. apologet. §. Tertia additur, n. 175. verbis supra rellatis, immò ego ipse dico educationem consistere in fieri cum dependentia à subiecto, tanquam à causa, unde ipse fatetur disp. cit. n. 27. forte de solis verbis nobiscum disputare.

Primo igitur arguetur contra assignatam educationis explicationem, quod anima rationalis habet formam fieri in materia, adeo ut esset miraculum, quod produceretur extra materiam, & tamen non educitur, ergo educio non consistit in hoc, quod suum fieri necessario fit fieri in materia. Respondum est ad hoc disp. 2. cit. quod 7. art. 2. in fine ex dictis in eo articulo patere, quod pacto anima rationalis fiat naturaliter in materia, quia nimirum illam existit, non ut veram causam suæ existentis, sed ut conditionem concomitantem ejus naturalem statum, quod ex eo arguimus, quia post corporis interitum adhuc anima conservatur abique miraculo, non autem forma materialis, unde manus miraculum esset, si forma materialis extra materiam heret, quam si heret anima rationalis, quia hæc non habet tantam materiam necessitatem, sicut illa, ad quam existentiam, cum eam tantum requirat, ut conditionem concomitantem, non ut causam.

Reicit Poncius in append. n. 175. hanc solutionem, quia non tollit impugnationis vim, quia non ostendit sufficere pro educatione, quod aliquid fiat necessario in subiecto, quod est intentum impugnatio, bene quidem ostendit, quod educio non esset fieri necessario, quando concipitur in subiecto, sed fieri cum dependentia à subiecto, contra hoc non esset exemplum de anima, quæ quamvis fiat in subiecto, non tamen fit cum dependentia à subiecto, tanquam à causa, sed contra hoc non adduci illud exemplum, sed contra fieri præcise in subiecto necessario, & naturaliter, immò ego ipse dico educationem consistere in fieri cum dependentia, tanquam à causa, quod si periculum fieri in subiecto intelligit Matruius, & Bellutus cum dependentia, certe debebant illud proponere, quando tractabant de ejus explanatione, Ad id ulterius, quamvis hic propter hoc exemplum de anima, videntur admittere dependentiam forme educi de quod suum fieri à subiecto, ex quo educitur, quia dicunt formam materiallem exigere materiam, ut veram causam suæ existentis, hoc tamen videri contra eorum principium disp. 3. n. 67. §. hæc argumenta, ubi respondentes ad objectiones aliquas meas dicitur necessario concedendas esse duas actiones causæ educantis, scilicet conservantis formam à subiecto, unam, quæ conservatur, vel habet esse ipsamet entitas forme, alteram, quæ conservatur unio ipsius ad subiectum; nam hic videtur negare dependentiam forme quod suam entitatem à subiecto, licet dependeat quod suam unionem, unde non videtur admittere aliam dependentiam forme educi à subiecto, quam talem qualem habet anima, quia anima etiam dependet quod suam unionem. Addit tandem malum esse illud indicium ex quo colligitur, quod forma materialis existit fugibile, tanquam causam, anima vero existit, nempe quia anima potest absque miraculo conservari sine subiecto, forma non potest, nam gratia nequit absque miraculo conservari sine subiecto, & tamen non existit fugibile, tanquam causa quandoquidem creatur juxta communem Scholasticorum.

294 Sed ostendo solutionem illam tollere omnino vim impugnatiois, nam ipse fatetur tolli, si per ea molliendur educi non esse necessario fieri quomodo concipitur in materia, vel subiecto, sed fieri cum dependentia ab eo, & fatetur contra hoc tunc non procedere exemplum de anima, quæ quamvis fiat in subiecto, non tamen fit cum dependentia à subiecto, tanquam à causa; sed per solutionem illam hoc totum ostenditur, ut patet eam legenti præsertim apud nos; ergo vero tollit vim impugnatiois; & sub illo num. 148. in ipsa explicatione educationis bene, & aperte explicamus dependentiam forme educibilis à subiecto, tanquam à causa in genere materialis causæ; diximus enim per eam necessarium fationem, & conservationem forme materialis in subiecto juxta suæ naturæ existentiam optimè indicari dependentiam forme à subiecto, tanquam à causa, à qua dependet, adeo ut opus non erat, ut Poncius hanc explicationem desideraret in nobis, tum

rum quia adhuc expressius id docemus disputat. 5. Phisycorum quæst. 4. art. 1. Et rursus sub eodem numero. 7. 8. in ipsam educationis explicationem dicimus per eam bene explicari concurren materiam non solum attingere debere unionem formæ, sed etiam ipsamet existentiam formæ; & necessarium esse non solum, ut conditionem concomitantem ad conaturalitatem eius statum, qualis est modo corpus ad animam rationalem, sed etiam, ut veram causam in primo instanti, in quo fit; unde fallum est, quod addit nos propter exemplum de anima aliam in suo argumeto postea admittit dependentiam formæ educæ quoad suum fieri à subiecto. Neg; oppositum dicimus infra disp. 3. nu. 67. non enim ibi negamus dependentiam formæ quoad suam entitatem à subiecto, sed solum dicimus distinguendam esse a qua. conservatur eius ipsa forma à Deo, & qua conservatur eius ipsa ad subiectum; & ex vi prioris conservari entitatem formæ absolute præscindendo à subiecto, quia influxus ille Dei terminatur ad solam entitatem formæ, & indifferens est ad conservandam formam, dum est in subiecto, vel extra subiectum, ideoque; determinat conservari in subiecto solum ex vi posterioris, quia hæc terminatur ad unionem; per quam formaliter dicitur forma inhærenti subiecto, per quam doctrinam minimè revocatur, quod dictum fuit disp. 2. nu. 14. 5. in educationem formæ materiam concurrere, quod; concurren non solum attingere debere unionem formæ, sed etiam ipsamet entitatem formæ. Quod denique addit malum esse illud indicium &c. quia gratia necit sine miraculo conservari ab eis; & subiecto, & tamen non exigit subiectum, tanquam causam, dicitur ponitur ex hoc deducti debere, quod gratia non eratur, sed educitur iuxta connaturalitatem modum, quo exigit formæ alia accidentales produci, & hæc esse unam præcipuam rationem, quæ nos movit ad asserendam, ut probabilem, educationem formarum supernaturalium, cum enim in subiecto hant, & existant tanta necessitate, quanta sunt, & existunt in eo alia formæ accidentales naturales, utiq; illa necessitas æqualem dependentiam à subiecto argueret in omnibus.

295. Secundo arguit, quia forma materialis quæ educitur non ita necessario habet suum fieri in materia, quin possit, quantum est ex natura sua fieri, & conservari ab ipsa materia. Respondum est à nobis loc. cit. hoc negando, quando idem dicitur repugnare naturæ materialis formæ, hæc conservari extra materiam.

Refellit Poncius hæc solutionem loc. cit. n. 76. ubi ubi apparatu ab ipso ait enim sustineri non posse in principio philosophiæ, aut Sicut autem dicit, quia secundum veram philosophiam, & Scotum abiq; omne absolutum non habens necessariam connexionem cum alio bono, potest de potentia absoluta conservari, & produci sine ideo; nisi etiam secundum principia fidei, ex quibus constat accidentia quæ hanc conservari ab ipso subiecto; ergo non potest falsum hoc principium dici generi, quod forma materialis, quantum est ex natura sua non potest produci, & conservari ab ipso subiecto, & quoad ista conservari sit contra naturam ipsius. Unde re vera hæc propositio Maderi (inquit) dicitur contrariam non philosophiam tantum legi theologiam; nisi possit defendere de dicendo quod ipse d. d. dicit esse contra naturam formæ materialis, quod possit conservari, & produci ab ipso subiecto, quantum est ex natura sua, vel dicitur, quod sit contra naturam ipsius, quod ex natura sua exeat conaturaliter ex se, & potest dici conservari. Itaque inæquale, ut ita passim ad locum, unde, non esse non erat tantam rationem respectu, & Philosophiam, & Theologiam communem meam responsum, quod aliam ferentem posse non credere, nisi quod ipse tandem fatus est, & ait esse doctrinam veram, &c. communem. At non potest de se confirmari, & contentum ad eam loquendi esse impropositum, nequidem (inquit) illo modo proprie loquendo, idem est dicere: non potest quantum est ex natura sua produci extra subiectum, & ex natura sua non exigit, aut non potest ex se produci. Deinde si in hoc sensu loquatur (subdit) non respondet ad meam objectionem, nam ego optui, quod non potest esse in subiecto, quin possit esse extra ipsum quantum est ex natura sua, & intellexi hoc in sensu proprio, sic, scilicet ut non repugnet ipsi de potentia absoluta possi extra subiectum. At hæc plane est ineptissima, & impropositissima loquendi modus dicere tempore, quod non repugnat rebus de potentia Dei absoluta, & per solam accidentialem potentiam possunt convenire, quod illis convenienter ex natura sua, si enim possit esse ex natura sua igni convenire non calefacere, & si non descenderet, quia de potentia Dei absoluta possunt hæc agentia ab his conaturalibus actionibus impediri, tum quia re vera idem est dicere, accidens quantum est ex sua natura, & conditione non potest produci extra subiectum, & quod ex natura sua non exigit sic produci, adeo quod lex ex natura sua, dicit naturalem eius existentiam: Si ergo in suo argumeto cum ait, formam materiale non ita necessario habere fieri in materia, quin possit quantum est ex natura sua fieri, & conservari ab ipso, intelligit, ut non repugnet ipsi de potentia absoluta non extra subiectum, ut ipsemet explicat, hæc impropositum magis loqui non poterat, quia quæ conveniunt rebus de potentia Dei absoluta non dicuntur ei convenire ex natura sua, sed potius supra, vel præter naturam, si non contra naturam, & tunc admittit hæc impropositate loquendi, utiq; inde deducitur, quia ut aliqua forma dicatur educi, non debet per modum per Dei potentiam fieri possit, & conservari sine subiecto per miraculum, sed oblatere, sicut circa miraculum possit existere;

ut venit de anima rationali, quæ ad interitum corporis non interire, sed adhuc sine miraculo conservari separata sine ipso, nam illa forma, quæ sic nate est per se existere circa miraculum, etiam si fit in subiecto, cunctis est non dependere ab ipso duo esse, tanquam a causa.

296. Tertio arguit, quod quamvis forma materialis exigit fieri, & conservari in materia, tamen factu non dependet à materia in fieri, non educetur; & similiter quamvis anima rationalis possit conaturaliter fieri, & conservari abiq; dependentia à materia, tamen si dependet à materia educetur; ergo malè explicatur educio dicendo, quod illa forma educatur, quæ fit in materia, & petit conaturaliter non esse, nec conservari ab ipso; materia. Ad hoc respondum est disp. 2. Phis. cit. quod si forma materialis non fieret cum dependentia à materia, utiq; non fieret per educationem, adhuc tamen (suprà natura) petere sic fieri, nec enim actuali educationem ponimus consistere in tali exigentia, sed in actuali dependentia formæ à materia ex tali exigentia suborta.

Recitet hæc solutionem Poncius in append. n. 177. & ait mirum est, quod non viderit hæc responsum excludi per alteram partem objectionis, quam non tetigerunt, credo, quia non potuerunt nam dicitur in objectione, quod anima rationalis, si produceretur dependenter à subiecto, educetur, & tamen non haberet dependentiam ex exigentia dependentie subortam: ergo male explicatur in hac responsum educio consistere dependentia ex exigentia dependentie suborta. Fateor fuisse à nobis istam solutionem ad alteram objectionis partem, non quia non potuerunt illam assignare, sed potius sua cum non necessarium iudicavimus, cum quique videre possit implicare manifestè, quod in ea proponitur, nempe animam rationalem fieri posse cum dependentia à materia à finem educeret de corpore, tunc non amplius esset forma immaterialis, sed materialis, quia tunc tota educeret de toto corpore, & pars de parte, quæ sicut implicat formam immaterialem fieri materiale implicat animam rationalem educi de corpore, & fieri dependentem a materia, & hæc est ratio, cur ad alteram illius objectionis partem responderem negleximus. Dices istam materiam fieri potest independentem à materia, & per creationem, ut in prima parte objectionis concedimus, cur non etiam, & contra potest forma immaterialis fieri per educationem, ac dependentiam à materia ut dicitur in altera objectionis parte? Responsum ex dictis modo deduci, quia concedendo primum, nullum licetur inconveniens v. g. quod forma materialis fiat immaterialis, cum enim etiam facta per creationem adhuc retineat existentiam, ut fiat, & conservetur cum dependentia à subiecto, manet adhuc in linea formatum materialium, ut, concedendo secundum, sequitur inconveniens iam illatum, quod forma immaterialis fiat materialis, eo modo, quo deducuntur est.

297. Quarto opponetur, quod habitus supernaturales petant produci, & conservari in subiecto, ita ut miraculum esset, quod conservarentur ab ipso subiecto, & tamen non educuntur, quantum quidem secundum Scotum communiter creentur. Ad hoc etiam respondum est loc. cit. hæc ratione habitus quod supernaturales conaturalis produci per creationem, quam per educationem, quam solutionem refutat Poncius loc. cit. n. 179. adducendo, & solvendo singulas rationes, quibus à nobis probata fuerat educio etiam habituum supernaturalem, quæ rationes jam in hac ipsa questione proponimus, & eius solutiones impugnavimus.

Alias quoque, & rationes, quas affert Poncius in append. citato apud, ad nostras phisicas additiones libenter hæc adduximus, ac refutavimus, si loci opportunitas adesset, sed quia ad varias materias philosophicas spectant, quæ non commodè possunt hic innumerari, & satis mihi visum est, id referre oportunitatibus locis, & præsertim in recusione quam citius habenda erit de genere, & corr. ubi multa oportune cadent. Interim non singulas illius Auctoris rationes, sed ad nostras phisicas additiones egeret constitutione, cum enim in aliquibus viderit non veritatem ac tu retigisse, non audeat contradicere, sed contentivam reduci ad questionem de nomine, sed, de cetero Burzicæi amicus consilendo ad distinctionem de largi, & stricti vocabulorum acceptione; quod quidem prudens lector experiri poterit in responso, ad ipsam primam nostram additionem, quæ in præfata append. apud, habetur num. 164. cum enim ea, aditione contra ipsum, proba verè ad mutationem Phisicam requiri de meo, Art. & Scot. quod privatio præcedat durationem formam in materia, nec sufficere, quod præcedat natura præsertim negativè, ut ipse asserbat, respondet in hoc puncto inter nos non esse questionem, nisi de nomine, quia ita est, ut nos dicimus, si phisica mutatio proprie, & strictè sumatur ipsum verò, quod hoc negat esse necessarium, mutationem accepisse non fructu, sed largè, ita respondet ad nostra fundamenta ibid. num. 166.

298. Hæc tandem dissimulare nequeo, quod habet ibid. num. 164. ubi ait, dicitur præterea in proponenda mea sententia, quod ego doceam privationem in casu, quo fieret generatio, abiq; præcessione temporaria, ut ita loquar, privationis, præcedere debere naturam formam, non tamen possit, quasi per aliquo signo naturæ privatio præcedat formam in materia, sed negativè, quatenus re vera præcessisset. At nec ego propono hæc doctrinam, nec ab illo bene proponi potest, quia involvit manifestam contradictionem, habetur enim in ea, quod privatio præcedat naturam formam, & tamen, quod hoc non fit quasi per eadem per aliquo signo

quo naturæ, unde cum præcedere natura, nisi aliud fit, quam præcedere per signo naturæ, manifestè est contradiçtio, quod præcedat natura, & tamen non præcedat per aliquo signo naturæ, ergo verò docui, quod præcedat negativè natura, & per signo naturæ, non verè, quod præcedat positivè natura, aut in signo illo naturæ; ita Poncius. Sed planè doctrinam illam & explicationem de prioritate naturæ positivæ, & privativæ, vel negativæ, ut à nobis asseritur in additione citata, abiq; ulla contradictione proposuit Doctor non semel locis ubi citatur in terminis 2. d. 1. quæst. 5. & 6. & 7. d. 1. quæst. 1. & 2. E. & ut explicatur ab ipso Doctore prioritas illa naturæ negativæ, patet nullam involvere contradictionem; imò hæc ipsa doctrina, & sub his terminis mihi videntur proponi ab ipso Poncio disp. de privat. num. 3. & seq. cum enim dicimus mutationem esse transiitum subiecti à non esse tale ad esse tale, ideoque; privationem re vera tempore præcedere formam, ait intelligi debere non quidem de non esse tale, quod præcessit in subiecto, sed quod præcessisset, si forma introducta non fuisset; ergo hæc explicatio prioritatis naturæ negativæ, nedum à Scoto proponitur, sed etiam ab ipso Auctore, qui proinde immerito hæc explicationem damnat veluti implicatioriam.

QUESTIO X.

De Accidentibus relativis.

299. Nullam relationem dari posse, quæ suum terminum naturæ præcedat, imò id in nihil esse hestere naturam respectu præteritum actualis, qui sequitur extrema in actu posita, & notum ostendi disp. 8. loc. cit. Phis. quæst. 2. & iuxta Scoti doctrinam, & iuxta veritatem in se. Oppositum tamen tenet Poncius in append. apol. n. 33. ubi ait ex alibi dictis ab ipso disp. 17. loc. num. 42. actionem, quæ agere terminum producit terminum, esse relationem naturæ ipsa præcedentem terminum, qui producit, quam doctrinam ait ab incunabulis accepisse à melioribus, quos unquam viderit Scotis, non verbales, & textuales, quibus cortex tantum Scoti, non spiritus, non vita comperita, est, sed reales, & solidos, qui rationum medullas penetrare sagebant. Et quæ nos oppositum asserimus etiam de ipsa relatione casualitatis disp. 5. cit. quæst. 2. contentit loco cit. nostra probatio, quod ad hoc ibi adducta dissolvitur, & infirmatur.

Primo itaq; ibi probata fuit alligata doctrina de relationibus in universalem, ac etiam de ipsa relatione casualitatis ex Scot. in 2. d. quæst. a. E. ubi ait, quod saltem imaginatio, quod putamus relationem casualitatis mediare, veluti viam inter causam, & effectum quæ re vera sequitur, sicut universalem nulla relationem, nisi possit existere, idem etiam clarior habet 1. d. 35. qu. unic. ubi ait omnis igitur actualis relationis terminus est aliquod ens actu, quocumque; igitur instanti natura causa referatur ad effectum, tunc est terminus esse actualis, potest autem illud absolutum terminans esse sine respectu ad ipsum, igitur ita est simul cum ipso respectu, quod est prius naturaliter eo, idem legitur 1. d. 43. qu. an. C. non est aliquis respectus prior ex parte causæ, quæ ex parte causæ, imò ab ipsa causa sub ratione absoluti est ipsum causatum sub ratione absoluti. & postea iterum sequitur respectus &c. idem quoque legitur 1. d. 30. qu. 2. Q. omne agens creatum tale est, quod ipso alio effectum per ipsum ad ipsum, ut per fundamentum, & ad producendum, ut ad terminum consequens habitudo eorum, ratio autem quæ re relatio actualis consequitur, non est nisi, quia hoc est hoc, & illud est illud; sicut ratio quære albedine, & albedine potest sequitur relatio realis actualis, ut similitudo, non est nisi, quia hoc est hoc, & illud est illud, idem habet 1. d. 30. quæst. 2. sub G. dum probat relationes etiam mutuas non terminari, nisi ab absolutis, cum; id probat de paternitate, & filiatione inquit, non enim ex hoc sequitur nisi, quod ista duo absoluta sunt propria istis duabus relationibus, & hoc est verum, imò ambo absoluta sunt propria utraq; relatione, quia quilibet relatio non tantum præexistit fundamentum, sed etiam terminum, & loquitur de prioritate naturæ, ut constat ex eius discursu, ex hoc enim, quod relationes mutuae sunt simul natura, inferret quod ambo absoluta sunt priora utraq; relatione, idem etiam docet 4. d. 12. quæst. 1. d. & 12. quæst. 1. & quæst. 1. & ubi temp. ubi universali ter de omni relatione docet, quod non incurrat, nisi postis extremis in actu, & asserit exemplum etiam in ipsa respectibus ad actionem, & productionem.

Et hæc quidem loca Scoti, ut verba ipsa sonant intelligunt omnes unanimit Scotis, ut vel altero exceptis inferioribus notæ, & præsertim Expositores eius magnus Licherus, Badius; Tatarus, & alii, quos dubio procul arbitror, & in hoc, & in aliis ultra cortem sensum Doctoris usque ad præcordia penetrasse longè melius, quam Scotis à Poncio relati lapsus nomine, quorum nomina libenter audivimus, illorum nam q. i. suppressio suspitionem vehementem ingerit Scotis illos esse verbales, & fictitios, non reales, & solidos, ut inquit ipse; At num. 34. ait has auctoritates non sufficere pro luculenta nostri asseriti probatione, quod ait consistere explicatione sua, quæ est inter præcipuos huius ætatis Scoti, quia sua opera non commiserit typis communifima; Verum si hæc sua explicatio adeo excellens est, ut valeat ipsa sola satisfacere tot, tamq; apertis Scoti testimoniis in opposita, eam in meliorem asserere debebat, ut considerari posset; citare verò pro eius corroboratio præcipuos huius ætatis Scotis, qui typis non tradiderunt, vanum est, quia possit quilibet similiter citare auctores pro suis placitis comprobandis nominibus suppressis

etiam si non extarent; ergo pro meo placito Scotis omnes adduxi, qui typis tradiderunt, tam veteres, quam Recentiores, ut vel altero excepto; Quod si dicat illam suam explicationem esse, quam dedit disp. 17. loc. nu. 2. nec voluit hic repetere, dico me quoque illam pluribus confutasse disp. 6. Met. quæst. 1. art. 5. quæ nec ego volo hic repetere.

300. Secundo probata fuit, ibidem, quia opposita doctrina, quod nempe relatio præcedat naturam terminum desinit essentiam relationis, natura liquidem eius est, ut sit habitudo inter duo extrema, ergo nisi finit extrema, non erit hæc habitudo, sicut non potest esse unio, nisi finit partes unite, & uno extremorum deficiente unio evanescit. Deridat hoc argumentum Poncius, & respondet negando, quod per eam doctrinam destruat natura relationis, ad cuius probationem distinguit consequens, nisi finit priora natura, negat consequentiam, nisi finit pro illo instanti temporis, secundum quod exigitur à relatione iuxta naturam, particulam relationis, concedit consequentiam, ad exemplum de unionem dicit primò aliquam unionem non præsupponere natura utramque extremum, ut patet de unionem, quæ est casualitatis materia circa formam educam, & quævis deficiente quocumque extremo deficeret unio, non sequitur ex hoc præsuppositio extremorum natura, sed sufficit necessaria similitas temporis, dicit secundò alias uniones, quæ præsupponunt extrema, hoc habere ex eo quod ipsemet ex natura sua non præsupponunt ad productionem unionibus, ac relationibus, quæ ex natura sua prærequirunt, tanquam casualitates productivæ extremorum.

Sed planè potius deridenda videtur alata responso, quam argumentum, ut potè quæ plura involvit fallæ, & mirabilia, nam fit essentia relationis in eo consistit, quod sit habitudo inter duo extrema, & quidem actu existentia, si sit actualis, nedum pro quocumque temporis instanti illa duo extrema relatio postulat, sed pro quocumque etiam signo naturæ, quia etiam pro quocumque tali signo petit habere, quod ei ab intrinseco, & essentialiter convenit, unde sicut homo nedum pro quocumque temporis instanti est animal rationale, sed etiam pro quocumque signo naturæ, fit etiam & relatio nedum pro quocumque temporis instanti, sed etiam naturæ inter duo extrema veriat, & fit pro aliquo signo naturæ non intelligitur inter duo verari, iam illa non erit relatio, sed quid absolutum, Tum quia terminus, & fundamentum, ut relativity sunt, nedum sunt simul tempore, sed etiam natura, quam relationum similitudinem ita explicat Doctor 1. d. 23. quæst. 2. R. ut se mutud inferant in existendo; ergo fundamentum cum relatione nequit natura terminum præcedere & hoc valet de quocumque relatione; quia hæc doctrina datur de relatione à toto genere; Tum quia relatio passim ponitur præsertim à Scotis causari ab extremis, loquendo præcipue de relatione necessario extrema consequente, hæc enim non habet aliam causam ab extremis, ut monet Doctor 1. d. 17. quæst. 2. §. quantum ad usum articulum; cum ergo causa debeat saltem natura præcedere causatum, etiam si finit tempore, opus est quod extrema finit priora natura ipsa relatione; Ex quo tandem sequitur omnino implicare, quod habet in fine solutionis dari, quædam relationes, quæ ex natura sua prærequirunt, tanquam casualitates productivæ extremorum nam verum est, quod cum communiter dicitur relationes causari ab extremis, tantum abest, quod relatio debeat extrema præcedere, ut eorum casualitas, ut potius res contra omnino se habeat, quod extrema debeat natura relationem præcedere veluti eius consequens, vel dabitur circulus in casualitate relationum, & extremorum eius. Quod autem ait hoc patere de unionem, quæ est casualitas materie circa formam educam, hoc utiq; forte patet in Schola Recentiorum, quibus est illa doctrina communis, non tamen in Schola Scoticorum, apud quos id est omnino fallum, ut ostendi disp. 5. Phis. quæst. 4. art. 1.

301. Tertio probata fuit, quia repugnat dari relationem, quæ non terminetur ad aliquid, repugnat dari relativam abique correlativo, ergo non est excogitabilis relatio, quæ natura terminum præcedat in fundamento, quam tunc in eo signo relatio intelligeret, nec tamen intelligeret terminus eius, quod non nisi in posteriori signo intelligitur, & fundamentum in eodem signo intelligitur in esse relatio abique correlativo, quod non concipiatur, nisi in posteriori signo, cum tamen relatio finit simul natura. Respondet primò hoc argumentum militare contra paternitatem divinam præcedentem origine terminum, & filiationem, unde cum non probet, quod illa præcedat, nihil probat in proposito. Respondet secundo distinguendo antecedens, repugnat dari relationem, quæ non fit ad terminum existentem pro omni signo naturæ, vel originis, quod intelligitur relatio, & repugnat relativam abique correlato ivo existente pro omni instanti naturæ, & originis, quod existit relativum, negat antecedens, repugnat dari relationem, quæ terminetur ad terminum pro omni instanti temporis, & relativum sine correlativo existente pro eodem temporis instanti concedit, & procedem etiam instanti naturæ ita ut unum non præcedat alterum pro instanti illo naturæ in quo licet præcedat pro instanti naturæ à quo, distinguit etiam consequens, non est excogitabilis relatio, quæ terminum præcedat natura pro instanti in quo transeat, pro instanti à quo negat consequentiam, & negat quod fit inconveniens, quod relatio intelligatur pro instanti naturæ à quo, in quo non intelligitur terminus, & relativum pro instanti à quo, in quo non intelligitur correlativum, nec

